



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||  
tempore floruit, & suburbanorum eius breuis.||  
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van  
Coloniae Agrippinae, 1585**

**VD16 A 298**

Tvrres Circvm Vrbem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](#)

148 PORTAE CIRCVM VRBEM.

gè ab eadem lapidatus. S. Stephani porta nominatur.

## 166.

Neem. 3, b  
g. 12. c.  
Liran in  
Neem. 3.  
Deut. 22. b.  
Ruth. 4. a.  
Ioan. 19. d.  
Heb. 13. b.  
Br. itin. 6. b  
Sal. 10. ca. 7

**P**ORTA VETVS siue antiqua, quæ ab aquilone portæ piscium sita, Solem occidentem respiciebat. à Iebusæis quoque PORTA Iebus, & à iudicijs IV DICCIARIA seu Judicialis vocata fuit, quia ad iudicandum, olim ibi seniores sedebant: in portis enim iudicium exercebantur: extra hanc portam fiebat etiam iudiciorum executio. Vnde & Christus per hanc educitus, extra eandem quoque est crucifixus. Cuius portæ vetusta adhuc vestigia extant.

## 167.

Erocar. itin.  
6. b.

**R**UPES eminens valde, tendens à Psephina turri ad montem usque Sion: super quam totus occidentalis ciuitatis murus extructus erat.

## 168.

Ierem. 31. g.  
Zach. 14. b.

**T**URRIS ANANEEL, que non longè à Porta anguli sita, fortis

TVRRES CIRCVM VRBEM.

fortis erat , & insignis : cuius sacra  
criptura aliquoties mentionem facit.

149

Neem. 3. 4.

12. c.

169.

**T**VRRIS ANGVLARIS, su-  
per portam anguli posita, quā  
Ozias rex firmiter reædificauit,  
& centum quinquaginta cubi-  
torum sublimem fecit.

2. Par. 26. b.

10 sep. 9 ant.

11. & 6. bell.

6.

170.

**T**VRRIS DAVID, munita  
& excelsa valdē, quæ in dua-  
rum voraginum angulo, in præ-  
ruptæ rupis colle ex quadris la-  
pidibus , ferro & plumbo indissolu-  
biliter compaginatis , à Dauide rege  
ædificata erat. Cuius singularis for-  
titudo & egregia pulchritudo ad cō-  
mendationem sponsæ Christi, quæ est  
Ecclesia, à Salomone producitur, cùm  
ait: Sicut turris Dauid collum tuum  
quæ ædificata est cum propugnacu-  
lis: mille clypei pendent ex ea, omnis  
armatura fortium.

Uilh. Tyr.

9. bel. sacri 3

Broc. itin. 6.

b.

Cant. 4. b.

171.

**T**VRRIS EXELSA, quæ su-  
K 3 per

150 TVRRES CIRCVM VRBEM.

z. Par. 26. b  
Ios. 9 ant. 11

per portam vallis extructa fuit. quam etiam Ozias rex reparauit, & vt ultra montem Oliueti specula esset, ceterum quinquaginta cubitos altam fecit.

172.

Neem. 3. c.  
12. c.

T VRRIS FVRNORVM,  
versus boream sita. quam si dicitur putant, quod in ea, cœu in furno, perpetuus aleretur ignis, qui noctu terra mariue iter facientibus, tanquam scopus propositus erat, secundum quem, ne quæ à via declinarent, iter suum dirigere possent.

173.

Neem. 3. f.

T VRRIS MAGNA, que iuxta murum templi ceteris altior eminebat.

174.

Neem. 3. a.  
12. c.

T VRRIS MEAH, alias Emath, id est centum cubitorum: quæ non longè à templo distabat.

175.

T VRRIS PSEPHINA, que alias

TURRES CIRCVM VRBEM.

alias Neblosa vocatur, turris octangu-  
laris crat, septuaginta cubitos alta, in  
ciuitatis angulo inter septentrionalem  
& occidentalem urbis murum super-  
rupem admodum excelsam firmata,  
atque tota instar propugnaculi admi-  
rabilis sua altitudine horrenda. ex  
qua sereno celo Arabia, & mare, atque  
Hebræorum finium ultima prospici-  
poterant. cuius ruine adhuc visun-  
tur.

Iosep. 6. bel.

2.5.6.

Broc. itin. 6.

b.

176.

TURRIS SILOE. quæ tem-  
pore Christi eadens, octodecim  
viros opprescit & occidit.

Euc. 13. a.

177.

VORAGO, seu Vallis profun-  
da, quæ montem Sion ab austro  
cingebat, & versus aquilonem per to-  
tum occidentale urbis latus usque ad  
portam Ephraim procedens,  
commodam ciuitati  
fossam facie-  
bat.

Broc. itin. 6.